

ratores, satis dare debere verba edicti faciunt: sed aliquando illis satisdatio remittitur¹. — 100. Hæc ita si in rem agatur: si vero in personam, ab actoris quidem parte, quando satis dari debet querentes, eadem repetemus que diximus in actione qua in rem agitur². — 101. Ab ejus vero parte cum quo agitur, siquidem alieno nomine aliquis interveniat, omnimodo satis dari debet, quia nemo aliena rei sine satisdatione defensor idoneus intelligitur³; sed siquidem cum cognitorum agatur, dominus satis dare jubetur; si vero cum procuratore, ipse procurator. Idem et de tute et de curatore juris est. — 102. Quod si proprio nomine aliquis judicium accipiat in personam, certis ex causis satis dari solet, quas ipse prætor significat⁴. Quarum satisdationum duplex causa est; nam aut propter genus actionis satisdatur, aut propter personam quia suspecta sit: propter genus actionis, velut judicati despensive, aut cum de moribus mulieris agetur; propter personam velut si cum eo agitur qui decoxerit, cuius bona a creditoribus possessa proscripta sunt, sive cum eo herede agatur quem prætor suspectum testi- maverit.

103. Omnia autem judicia aut legitimo jure consistunt, aut imperio continentur. — 104. Legitima sunt judicia, quæ in urbe Roma vel intra primum urbis Romæ miliarium, inter omnes cives romanos, sub uno iudice accipiuntur; eaque lege Julia judicaria, nisi in anno et sex mensibus judicata fuerint, exprimat: et hoc est quod vulgo dicitur, et lege Julia item anno et sex mensibus mori. — 105. Imperio vero continentur recuperatoria, et que sub uno iudice accipiuntur interveninge peregrini persona judicis aut litigiorum. In eadem causa sunt, quæcumque extra primum urbis Romæ miliarium tam inter cives romanos, quam inter peregrinos accipiuntur: ideo autem imperio contineri judicia dicuntur, quia tandem valent quædam, quæ ea præcepit, imperium habebit. — 106. Et siquidem imperio continentur iudicio actum fuerit, sive in rem sive in personam, sive ea formula (que) in factum concepta est, sive ea quæ in jus habet intentionem, postea nihilominus ipso iure de eadem re agi potest, et ideo necessaria est exceptio rei judicata vel in judicium deducta⁵. — 107. At vero (si) legitimo judicio in personam actum sit ea formula quæ juris civili habet intentionem, postea ipso iure de eadem re agi non potest, et ob id exceptio supervacua est: si vero vel in rem vel in factum actum fuerit, ipso iure nihilominus postea agi potest, et ob id exceptio necessaria est rei judicata vel in judicium deducta⁶. — 108. Alia causa fuit olim legis actionum: nam quæ de re actum semel erat, de ea postea ipso iure agi non poterat: nec omnino ita ut nunc usus erat illis temporibus exceptionem. — 109. Ceterum potest ex lege quidem esse judicium, sed legitimum non esse; et contra ex lege non esse, sed legitimum esse: verbi gratia (si) ex lege Aquila vel Ovinia vel Furia in provinciis agatur, imperio continetur judicium: idemque juris est et si Romæ apud recuperatores agamus, vel apud unum iudicem interveninge peregrini persona. Et ex diverso si ex ea causa, ex qua nobis editio prætoris datur actio, Romæ sub uno iudice inter omnes cives romanos accipiatur judicium, legitimum est.

110. Quo loco admendendi sumus, eas quidem actiones quæ ex lege senatus consultis proficiuntur, perpetuo sole re præferebantur accommodare; eas vero quæ ex propria ipsius jurisdictione pendunt, plerumque intra annum dare⁷. — 111. Aliquando tamen prætorie actions imitantur jus legitimum: quales sunt ea quæ bonorum possessoribus; certeque qui herediti loco sunt, accommodat. Furti quoque manifesti actio, quamvis ex ipsius prætoris jurisdictione proficiuntur, perpetuo datur, et merito, cum pro capitali pena pecuniarum constituta sit⁸.

112. Non omnes actiones, quæ in aliquam aut ipso iure competit aut a prætori dantur, etiam in heredem aequæ competit, aut dari solent. Est enim certissima juris regula, ex maleficiis penales actiones in heredem nec competere. velut furti, vi bonorum raptorum, injuriarum, damni injurya: sed hereditibus actoris hujusmodi actiones competit nec denegantur, excepta injuriarum actione, et si quæ similis inventari actione⁹. — 113. Aliquando tamen (etiam) ex contractu actione neque heredi neque in heredem competit: nam adstipulatoris heres non habet actionem, et sponsoris et fidei promissoris heres non tenetur¹⁰.

114. Superest ut dispiciamus, si ante rem judicatum is cum quo agitur, post acceptum judicium satisfaciatur actori, quid officio judicis conveniat: utrum absolvere, an ideo, potius damnare, quia judicis accipiendi tempore in ea causa fuit ut damnari debeat¹¹. Nostri preceptores absolvere eum debere existimant, nec interesse cujus generis fuerit judicium et hoc est quod vulgo dicitur Sabino et Cassio placere, omnia iudicia esse absolutoria. idem sentiunt.

¹ Inst. IV. 11. — ² Id. 2. 1. — ³ Id. — ⁴ Id. — ⁵ Id. — ⁶ Id. — ⁷ Id. 12.

⁸ Id. 2. 1. — ⁹ Id. 2. 1. — ¹⁰ Id. 11. Id. 2. 2.

¹¹ Id. 2. 11.

judicis liberum est officium judicis. Tantumdem
rem actionibus putant. ad sol. petentur et ad
quibus. interdum. petimus his. actori quam
nobis. patru. actori. ex.
actum fuit.

113. Sequitur ut de exceptionibus dispiciamus.

114. Comparent autem exceptions defendantum eorum gratia cum quibus agitur. Sæpe enim accidit ut quis iure civili teneatur, sed iniquum sit eum iudicio condemnari¹; velut (si) stipulatus sim a te pecuniam tamquam credendi causa numeratur, nec numeraverim; nam eam pecuniam a te peti posse certum est, dare enim te oportet, cum ex stipulatu tenearis; sed quia iniquum est te eo nomine condemnari, placet per exceptionem doli mali te defendi debere². Item si paci- tui fuero tecum, ne id quod mihi debebas a te petam, nihilominus id ipsum a te petere possum dare mihi oportere, quia obligatio pacti contractum non tollitur: sed placet debere me petentem per exceptionem pacti conveniti repelli³. — 117. In his quoque actionibus quæ (non) in personam sunt, exceptions locum habent; velut si metu me coegeris, aut dolo induxeris ut tibi rem aliquam mancipio dare. si. eam rem a me petas, datur mihi exceptio per quam, si metus causa te fecisse vel dolo arguero, repelleras. Item si fundum litigiosum sciens a non possidente emeris, eumque a possidente petas, opponitur tibi exceptio per quam omnimodo summoveris. — 118. Exceptions autem alias in dicto prætor habet propositas, alias causa cogita accommodat: quæ omnes vel ex legibus, vel ex his quæ legis vicem obtinent, substantiam capiunt, vel ex jurisdictione prætoris prodite sunt⁴. — 119. Omnes autem exceptions in contrarium concipiuntur quia affirmat is cum quo agitur: nam si verbi gratia reus dolo malo aliquid actorem facere dicat, qui forte pecuniam petit quam non numeraverit, sic exceptio concipiatur, si in ea RE NIHIL DOLO MALO AULI AGERIO FACTUM SIT, NEQUE FIAT. Item si dicatur contra actionem pecunia peti, ita concipiatur exceptio, si INTER AULUM AGERIO ET NUMERIUM NEGIDIUM NON CONVENTI, NE EA PECUNIA PETERETUR. Et denique in ceteris causis similiter concipi solet: ideo scilicet, quia omnis exceptio objicitur quidem a reo, sed ita formula inseritur ut conditionalem faciat condemnationem, id est, ne alteri iudex cum quo agitur condemnaret, quam si nihil in ea re qua de agitur dolo actoris factum sit; item ne alteri iudex cum condemnaret, quam si nullum pactum conventum de non petenda pecunia factum erit.

120. Dicuntur autem exceptions aut peremptoriae, aut dilatoriae⁵.

— 121. Peremptoria sunt, quæ perpetuo valent, nec evitari possunt: velut quod metus causa, aut dolo malo, aut quod contra legem senatus consultum factum est, aut quod res judicata est vel in judicium deducta est; item pacti convenit, quo pactum est ne omnino pecunia petetur⁶.

— 122. Dilatoria sunt exceptions quæ ad tempus nocent; veluti illius pacti convenit quod factum est, verbi gratia, ne intra quinquennium petetur: finito enim eo tempore non habet locum exceptio⁷. Cui similis exceptio est litis dividus et rei residue: nam si quis partem rei petierit, et intra eisdem preturam reliquam partem petat, hac exceptione summoverat quæ appellatur litis dividus. Item si his qui cum eodem plures lites habeant, de quibusdam erigerit, de quibusdam distulerit, ut ad alios judices. si intra eisdem preturam de his quæ ita distulerit, agerat, per hanc exceptionem quæ appellatur rei residue, summoverat. — 123. Observandum est autem ei cui dilatoria objicitur exceptio, ut differat actionem: alioquin si objecta exceptione egerit, rem perdit; nec enim post illud tempus, quo integræ re evitare poterat, adhuc ei potestas agendi superest re in judicium deducta et per exceptionem rempta⁸. — 124. Non solum autem ex tempore, sed etiam ex persona dilatoria exceptions intelliguntur, quales sunt cognitorum⁹; velut si qui per edictum cognitorum dare non potest, per cognitorum agat; vel (si quis) dandi quidem cognitorum jus habeat, sed eum det cui non licet cognitorum suscipere. Nam si objicitur exceptio cognitorum, si ipse talis sit ut ei non licet cognitorum dare, ipse agere potest; si vero cognitorum non licet cognitorum suscipere, per alium cognitorum aut per semetipsum liberam habet agendi potestatem, et tam hoc quam illo modo evitare (test) exceptionem. Qued si dissimulaverit eam et per cognitorum egerit, rem perdit. — 125. Semper peremptoria quidem exceptio nocet; ideoque si reus ea non fuerit usus, in integrum restituatur.

¹ Inst. IV. 15. — ² Id. 2. 1. — ³ Id. 2. 2. 1. et 2. — ⁴ Id. 2. 5. — ⁵ Id. 2. 7. — ⁶ Id. 2. 8. — ⁷ Id. 2. 9.

⁸ Id. 2. 10. — ⁹ Id. — ¹⁰ Id. 2. 11.

recuperanda exceptionis gratia: dilatoria vero si non fuerit usus, an in integrum restituatur, queritur.

126. Interdum evenit ut exceptio, quæ prima facie justa videatur, inique noceat actori: quod cum accidit, alia adjectio replicatio vocatur, quia per eam replicatur atque resolvitur jus exceptionis. Nam si verbi gratia pactus sim tecum, ne pecuniam quam mihi debes, a te petere; deinde postea in contrarium pacti simus, id est, ut petere mihi licet; et, si agam tecum, excipias tu, ut ita demum mihi condemneris, si non convenerit ne cam pecuniam petem, nocte mihi exceptio pacti convenit: namque nihilominus hoc verum manet, etiamsi postea in contrarium pacti simus: sed quia iniquum est me excludi exceptione, replicatio mihi datur ex posteriori pacto¹, hoc modo, SI NON POSTEA CONVENIRUT UT EAM PECUNIAM PETERE LICERET. Item si argentarius premium rei qua in auctione venierit, persecutatur, objicitur ei exceptio, ut ita demum empator damnetur, si ei res quam emerit, tradita sit; quæ quidem est justa exceptio: sed si in auctione praeditum est, ne ante emptori tradetur res quam si premium solverit, replicatione tali argentarius adjuvatur, NIPI PRÆDICTUM EST, NE ALITER EMPOTORI RES TRADERETUR, QUAM SI PREMIUM IMPATOR SOLVERIT. — 127. Interdum autem evenit, ut rursus replicatio quæ prima facie justa sit, inique reo noceat: quod cum accidit, adjectio opus est adjuvandi rei gratia, quæ duplicito vocatur². — 128. Et si rursus ea prima facie justa videatur, sed propter aliquam causam inique actori noceat, rursus adjectio opus est quæ actor adjuvet, quæ dicitur triplicatio³. — 129. Quarum omnium adjectorum usum interdum etiam ulterius, quam diximus, varietas negotiorum introdit⁴.

130. Videamus etiam de prescriptionibus, quæ recepte sunt pro actione. — 131. Sæpe enim ex una eademque obligatione aliquid jam presertim oportet, aliquid in futura prestazione est: velut cum in singulos annos vel menses certam pecuniam stipulati fuerimus: nam finitis quibusdam annis aut mensibus, hujus quidem temporis pecuniam prestari oportet; futurorum autem annorum sane quidem obligatio contracta intelligitur, præstatio vero adhuc nulla est. Si ergo velimus id quidem quod prestari oportet, petere et in judicium deducere, futurum vero obligationis præstationem in certo relinquere, necesse est ut cum hac prescriptione agamus, EA RES AGATUR, CUIUS REI DIES FUIT; alioquin si sine hac prescriptione egerimus ea scilicet formula quæ incertum petimus, cupus intentio his verbis concepta est, QUIDQUID OB EAM REM NUMERIUM NEGIDIUM AULO AGERIO DARE FACERE OPORTET, totam obligationem, id est, etiam futuram in hoc judicium deducimus et item si verbi gratia ex empto agamus ut nobis fundus mancipio detur, debemus⁵ ita prescribere, EA RES AGATUR DE FUNDO MANCIPANDO; ut postea, si velimus vacuum possessionem nobis tradi, de tradenda totius illius juris obligatio, ita conscripta actione: QUIDQUID OB EAM REM NUMERIUM NEGIDIUM AULO AGERIO DARE FACERE OPORTET, per intentionem consumitur: ut postea nobis agere voluntibus de vacua possessione tradenda nella supersit actio.

— 132. Prescriptiones autem appellatas esse ab eo quod ante formulas præscribuntur, plus quam manifestum est. — 133. Sed his quidem temporibus, sicut supra quoque diximus, omnes prescriptions ab actore proficiuntur; omni autem quadam et pro reo opponuntur. Qualis illa erat præscriptio, EA RES AGATUR QUOD PRÆJUDICIUM HEREDITATI NON FIAT, que nunc in speciem exceptionis deducta est, et locum habet cum petitor hereditati alio genere judicii præjudicium hereditati faciat velut cum inique

— 134. Intentione formulæ determinatur ei cui dare præscriptio, et sicut domino dare oportet quod servus stipulatur; at in præscriptione de pacto queritur, quod secundum naturalem significacionem verum esse debet. — 135. Quecumque autem diximus de servis, eadem de ceteris quoque personis que nostro iuri subjecta sunt, dicta intelligimus⁶. — 136. Item admendandi sumus, si cum ipso agamus qui incertum promiserit, ita nobis formulam esse propositam, ut præscriptio inserta sit formulæ loco demonstrativis, hoc modo, JUDEX EST; QUOD AULUS AGERIUS DE NUMERO NEGIDIUM INCERTUM STIPULATUS EST, CUIUS REI DIES FUIT, QUIDQUID OB EAM REM NUMERIUM NEGIDIUM AULO AGERIO DARE FACERE OPORTET, et reliqua. — 137. Si cum sponsore aut fiducijsso agatur, prescribi solet in persona quidem sponsori hoc modo, EA RES AGATUR QUOD AULUS AGERIUS DE LUCIO TITO INCERTUM STIPULATUS EST, QUO NOMINE NUMERIUS NEGIDIUS SPONSOR EST, CUIUS REI DIES FUIT; in persona vero fiducijsso, EA RES AGATUR QUOD NUMERIUS NEGIDIUS PRO LUCIO TITO INCERTUM FIDE SVA ES E JUSSIT, CUIUS REI DIES FUIT; deinde formula subjicitur.

— 138. Possidere autem videtur, non solum si ipsi possideamus, sed etiam si nostro nomine aliquis in possessione sit, licet ei nostro iuri subjectus non sit, qualis est colonus et inquilinus. Per eos quoque, apud quos deposuerimus, aut quibus commoda verius, aut quibus gratuitam habitationem constituerimus, ipsi possidere videbimus; et hoc est quod vulgo dicitur, retinere possessionem non posse per quemlibet qui nostro nomine sit in possessione. Quietam plerique putant, animo quoque retinieri possessionem... nostrorum. animo solo quanvis. retinere. videamus, Apisci vero possessionem per quos possimus, secundo commentario retulimus: nec ulla

¹ Inst. IV. 14. — ² Id. 2. 1. — ³ Id. 2. 2. — ⁴ Id. 2. 3. — ⁵ Sequitur spacio vacuum.

⁶ Inst. IV. 7. 2. 6.

159. Certis igitur ex causis prætor aut proconsul principaliter auctoritatem suam finiendis controversiæ præponit, quod tum maxime facit cum de possessione aut quasi possessione inter aliquos contendit¹: et in summa, aut jubet aliquid fieri, aut fieri prohibet; formula autem verborum et conceptionis, quibus in ea re uitetur, interdicta decretabe vocantur. — 160. Vocantur autem decretalia, cum fieri aliquid jubet, velut cum præcipit ut aliquid exhibeat aut restituatur; interdicta vero, cum prohibet fieri, velut cum præcipit ut sine vita possidenti vis fiat, neve in loco sacro aliquid fiat: unde omnia interdicta aut restituatoria aut exhibitoria aut prohibitoria vocantur². — 161. Nec tamen cum quid jusserit fieri, aut fieri prohibuerit, statim peractum est negotium; sed ad judicem recuperatores iter, et ibi editis formulæ queritur an aliquid adversus prætoris edictum factum sit, vel an factum non sit quod is fieri jusserit; et modo cum pena agitur, modo sine pena: cum pena, velut cum per sponzionem agitur; sine pena, velut cum arbitrio petitur. Et quidem ex prohibitoris interdictis semper per sponzionem agi solet; ex restituitoris vero vel exhibitoris, modo per sponzionem, modo per formulam agitur, que arbitraria vocatur.

162. Principalis igitur divisio in eo est, quod aut prohibitoria sunt interdicta, aut restituatoria, aut exhibitoria³. — 163. Sequens in eo est divisio, quod vel adipiscenda possessionis causa comparata sunt, vel retinenda, vel recipienda⁴. — 164. Adipiscenda possessionis causa interdictum accommodatur bonorum possessori, cuius principium est, QUORUM BONORUM: ejusque vis et potestas hæc est, ut quod quisque ex his bonis quorum possessio aliqui data est, pro herede aut pro possessore possideat, id ei cui bonorum possessio data est, restituatur. Pro herede autem possidere videtur, tam is qui heres est, quam is qui putat se heredem esse; pro possessore is possidet, qui sine causa aliquam rem hereditariam vel etiam totam hereditatem, sciens ad se non pertinere, possidet. Ideo autem adipiscenda possessionis vocatur, quia ei tantum utile est, qui nunc primùm conatur adipisci rei possessionem: itaque si quis adeptus possessionem amiserit, desinit ei id interdictum utile esse⁵. — 165. Bonorum quoque emptori similiiter proponitur interdictum, quod quidam possessorum vocantur. — 166. Item ei qui publica bona emerit, ejusdem conditionis interdictum proponitur, quod appellatur sectorium, quod sectores vocantur qui publice bona mercantur. — 167. Interdictum quoque quod appellatur S'vianum, adipiscenda possessionis (causa) comparisonem est, eoque utitur dominus fundi de rebus coloni quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepigisset⁶. — 168. Retinenda possessionis causa solet interdictum reddi, cum ab utraque parte de proprietate alicuius rei controversia est, et ante queritur uter ex litigatoribus possidere et uter petere debet⁷: ejusque rei gratia comparata sunt, ut possidet et utrue. — 169. Et quidem utrue possidet interdictum de fundi vel adiuncti possessione redditur, utrue vero de rerum mobili possessione⁸. — 170. Et si quidem de fundi vel adiuncti interdictum, cum potiorem esse prætori jubet qui, eo tempore quo interdictum redit, nec vi nec clam nec precario ab adversario possidet⁹; si vero de re mobili, tunc cum potiorem esse jubet, qui majore parte eius anni nec vi nec clam nec precario ab adversario possidet: idque satis ipsi verbis interdictorum significatur. — 171. At in utrue interdicto non solum sua cuique possessione prodest, sed etiam alterius, quam justum est ei accedere: velut ejus cui heres extiterit, ejusque a quo emerit aut donatione accepit. Itaque si nostra possessione juncta alterius justa possidet et utrue possidit. — 172. Et si quidem de fundi vel adiuncti possessione tradenda nella supersit actio. — 173. Prescriptiones autem appellatas esse ab eo quod ante formulas præscribuntur, plus quam manifestum est. — 174. Sed his quidem temporibus, sicut supra quoque diximus, omnes prescriptions ab actore proficiuntur; omni autem quadam et pro reo opponuntur. Qualis illa erat præscriptio, EA RES AGATUR QUOD PRÆJUDICIUM HEREDITATI NON FIAT, que nunc in speciem exceptionis deducta est, et locum habet cum petitor hereditati

dubitatio est quin animo solo adipisci possessionem nemo possit¹. — 154. Recuperanda possessionis causa solet interdictum dari, si quis vi dejectus sit; nam ei proponitur interdictum cuius principium est, unde tu illum VI DEJECISTI: per quod si qui dejectus cogit ei restituere rei possessionem, si modo is qui dejectus est nec vi nec clam nec precario² Quod si autem vi aut clam aut precario possederit³. — 155. Interdum tamen vi aut clam aut precario possideret, cogeret restituere possessionem velut si armis eum vi dejecterim, nam prator omnimodo⁴. — 156. Tertia divisio interdictorum in hoc est, quod aut simplicia sunt, aut duplicita⁵. — 157. Simplicia sunt, velut in quibus alter actor, alter reus est; qualia sunt omnia restitutoria aut exhibitoria; nam actor est qui desiderat aut exhiberi aut restituiri, reus est a quo desideratur ut exhibeat aut restituat⁶. — 158. Prohibitoriorum autem interdictorum alia duplicita, alia simplicia sunt⁷. — 159. Simplicia sunt, quibus prohibet prator in loco sacro aut in flumine publico ripavie eius aliquid facere; nam actor est qui desiderat ne quid fiat, reus is qui aliquid facere conatur⁸. — 160. Duplicita sunt velut UTI POSSIDETIS interdictum et UTRU. Ideo autem duplicita vocantur, quia par utriusque litigatori in his conditio est, nec quisquam praecepit reus vel actor intelligitur, sed unusquisque tanquam actoris partes sustinet⁹; quippe prator par sermone cum utroque loquitur, nam summa conceptio eorum interdictorum haec est: UTI NUNC POSSIDETIS, QUOMINUS ITA POSSIDEATIS VIM FIERI VETO. Item alterius: UTRU BIC HOMO DE QUA AGITUR, APUD QUEM MAJOR PARTE HUIUS ANNI FUIT, QUOMINUS IS EUM DUCAT, VIM FIERI VETO.

161. Expositus generibus interdictorum, sequitur ut de ordine et de exitu eorum dispiciamus: et incipiamus a simplicibus. — 162. Igitur (cum) restitutorum vel exhibitorum interdictum redditur, velut ut restituatur ei possessio qui vi dejectus est, aut exhibeat libertus cui patronus operas indicre vult, modo sine periculo res ad exitum perdicit, modo cum periculo. — 163. Namque si arbitrum postulaverit is cum quo agitur, accipit formulam quae appellatur arbitrary: nam judicis arbitrio, si quid restitui vel exhiberi debeat, id sine pena exhibet vel restituit, et ita absolvitur. Quolsi nec restituat, neque exhibeat, quanti ea res est condemnatur; sed actor quoque sine pena experitus cum eo qui neque exhibere, neque restituere quidquam offerat nisi calumnia judicium ei oppositum fuerit. quasi hoc ipso confessus videatur restituere se vel exhibere debere. Sed alio jure utimur, et recte. et arbitrum quisque. — 164. Observare debet is qui volet arbitrum petere, ut ita cum petat antequam ex jure exeat, id est, antequam a pratoris discelat: sero enim petentibus non indulgetur. — 165. Itaque si arbitrum non petierit, sed tacitus de jure exeat, cum periculo res ad exitum perdicitur; nam actor provocat adversarium sponsose si contra edictum pratoris non exhibuerit aut non restituerit: ille autem adversus sponsosem adversarii restipulator, deinde actor quidem sponsois formaliter editu adversario, ille huic in vicem restipulatoris: sed actor sponsois formulae subjungit, et a iudicium de restituenda vel exhibenda, ut si sponsoe vicerit, nisi ei res exhibeatur aut restituatur¹⁰. aut denegantur. — 166. Res ab eo fructus licito. . . . tantisper in adversario suo fructuaria stipulatione. . . . potestas hæc. adversarios qui contentio fructus licitationis est scilicet quia esse. . . . tantisper vendit. . . . postea alter alterius sponsoe provocat, que ADVERSUS EDICTUM PRATORIS INTERDICTENTIS NOBIS FACTA ESSENT INVICEM si non RESTITUANTUR: adversus sponsoem vel. . . . cum una inter eos sponsoe. . . . stipulatio. . . . fit. . . . fundo. . . . restitu. . . . judex apud quem de ea re agitur, illud scilicet requirit (quod) prator interdicto complexus est, id est, uter eorum eum fundum easne aedes, per id tempus quo interdictum redderetur, nec vi nec clam nec precario possederit. Cum judex id exploraverit, et forte secundum me judicatum sit, adversarium quidem et sponsois et restipulatoris summam quas cum eo feci, condemnat; et convenienter me sponsois et restipulatoris que mecum facta sunt, absolvit: et hoc amplius, si apud adversarium meum possessionem est, quia si fructus licitatione vici, nisi restitutus mili posseessionem, Caselliano sive secutorio, iudicio condemnatur. — 167. Ergo is qui fructus licitatione vici, si non probat ad se pertinere possessionem, sponsois et restipulatoris et fructus licita-

¹ Inst. IV, 15, § 5. — ² Sententia tale quid postulat: ab ipso possederit. — ³ Inst. IV, 15, § 6. — ⁴ Id. — ⁵ Id. — ⁶ Id. — ⁷ Id. — ⁸ Id. — ⁹ Id. — ¹⁰ In Codice tale quid sequi existimat: Adversarius quanti ea res sit condemnatur.

tionis summam penae nomine solvere, et praeterea possessionem restituere jubetur; et hoc amplius fructus quo interdictum perceperit, reddit. Summa enim fructus licitationis non pretium est fructuum; sed pena nomine solvitur, quod quis alienam possessionem per hoc tempus retinere et facultatem fruendi nancisci conatus est. — 168. Ille autem qui fructus licitatione vicius est, si non probat ad se pertinere possessionem, tantum sponsois et restipulatoris summam penae nomine debet. — 169. Admonendi tamen sumus, liberum esse ei qui fructus licitatione vicius erit, omessa fructuaria stipulatione, sicut Caselliano sive secutorio iudicio de possessione recuperanda experitur, ita de fructus licitatione agere: in quam rem proprium iudicium comparatum est, quod appellatur fructuarium, quo nomine actoris satis accipiatur. Dicitur autem et hoc iudicium secutorium, quod sequitur sponsionis victoriam: sed non aquae Casellianum vocatur. — 170. Sed quia nonnulli, interdicto redditio, cetera ex interdicto facere solebant, atque ob id non poterat res expediti, prator Comparavit interdicta et cetera ex interdicto sine causa fuerint sponsoris etiam juris.

171. . . . dupli velut si judicati aut depensi aut damni injury¹, aut legatorum per damnationem relictorum nomine agitur². Ex quibusdam causis sponsois facere permititur, velut de pecunia certa credita et pecunia constituta: sed certa quidem credita pecuniae, tercia partis; constituta vero pecuniae, partis dimidiat³. — 172. Quodsi neque sponsionis neque dupli actionis periculum ei cum quo agitur, conjungatur, ac ne statim quidem ab initio pluris quam simpli sit actio, permittit prator iusjurandum exigere, non calumniae causa se infinitas ire: unde quamvis heredes, vel qui heredum loco habent, dupli non amplius obligati sunt. Item feminis pupillisque remitti solet pena sponsionis; jubet tamen eos iurare. — 173. Statim autem ab initio pluris quam simpli actio est, velut furti manifesti quadrupli, nec manifesti dupli, concepti et oblati tripli; nam ex his causis et aliis quibusdam, sive quis negat sive fateatur, pluris quam simpli est actio⁴.

174. Actoris quoque calumnia coercetur: modo calumniae iudicio, modo contrario, modo iurejurando, modo restipulatione. — 175. Et quidem calumniae iudicium adversus omnes actiones locum habet, et est decima pars cause; adversus interdictum autem, quartae pars cause. — 176. Liberum est illi cum quo agitur, aut calumniae iudicium opponere aut iusjurandum exigere non calumniae causa agere. — 177. Contrarium autem iudicium ex certis causis constituitur: velut si injuriarum agatur; et si cum muliere eo nomine agatur, quod dicitur ventris nomine in possessionem missa domo malo ad alium possessionem translantur; et si quis eo nomine agat, quol dicat se a prelo in possessionem missum ab alio quo admissum non esse. Sed adversus injuriarum quidem actionem, decima pars datur; adversus vero duas istas, quintae. — 178. Superior autem coercitio est per contrarium iudicium: nam calumniae iudicium x partis nemo damnatur, nisi qui intelligit non recte se agere, sed vexandi adversarii gratia actionem instituit, potiusque ex iudicis errore vel iniuritate victoriad sperat, quam ex causa veritatis; calumnia enim in effectu est, sicut furti crimen. Contrario vero iudicio omnimodo damnatur actor, si causam non tenerit, licet alia opinione inductus crediderit se recte agere. — 179. Utique autem ex quibus causis contrario iudicio agere potest, etiam calumniae iudicium locum habet: sed alterutrum tantum iudicium agere permittitur. Qua ratione si iusjurandum de calumnia exactum fuerit, quemadmodum calumniae iudicium non datur, ita et contrarium dari non debet. — 180. Restipulationis quoque pena ex certis causis fieri solet: et quemadmodum contrario iudicio omnimodo damnatur actor, si causam non tenerit, nec requiritur an scierit non recte se agere; ita etiam restipulationis pena omnimodo damnatur actor. — 181. . . . si ab actore restipulationis pena petatur, ei neque calumniae iudicium opponit, neque iuris iurandi religio injungitur: nam contrarium iudicium in his causis locum non habere palam est.

182. Quibusdam iudicis damnati ignominiosi sunt: velut furti, vi bonorum raptorum, injuriarum; item pro socio, tutelle, mandati, depositi. Sed furti aut vi bonorum raptorum aut injuriarum non solum damnati notantur ignominia, sed etiam pacti. . . . scriptum est, et recte; plurimum enim interest, utrum ex delicto aliquis, an ex contractu debitor sit⁵. . . . illa parte edicti id ipsum. fidejussorio nomine iudicio convenitur⁶:

¹ Inst. IV, 16, § 5. — ² Integra sententia hæc esse videtur: Reg iustitiae, ex quibusdam causis dupli artio constituitur, velut si judicati, aut depensi, etc. — ³ Inst. III, 27, §§ 7 et 4, et IV, 6, § 23. — ⁴ Id. IV, 6, §§ 26 et 27, et 16, § 1. — ⁵ Id. 16, § 2. — ⁶ Locus to fessuere vide-

183. In summa sciendum est, eum qui agere et eum qui vocatus est. patrono et liberto. et in eum qui adversus ea egredit, pena constituta est¹. — 184. Qui autem in jus vocatus fuerit (ab) adversario, ni eo die finiverit negotium, vadimonium ei faciendum est, id est, ut promittat se certo die sisti. — 185. Fiunt autem vadimonia quibusdam ex causis pura, id est, sine satisdatio, quibusdam cum satisdatio, quibusdam jurejurando, quibusdam recuperatoribus suppositis, id est, ut qui non steterit, is protinus a recuperatoribus in summam vadimonii condem-

etur, quo infamis is tantum notatur qui suo nomine iudicio intervenit. — 1. Inst. IV, 16, § 3.

PROCEMIUM

DE CONFERATIONE INSTITUTIONUM

IN ROMA DOMINI MISTERIA

GAI INSTITUTIONUM FINIS